2495

PTOLOMEI

COSMOGRAF

2495

2-K-4



VII Y 1

1495



J. B art. 85

Cosmografia tolomei ex grecho iulatinum
tradita per iacopum angelum florentinum

N.° 85.

Beatissimo patri Gregorio .xiij. pontifici maximo. Jacob⁹ angelus.

Ad tempora Claudij ptolemei uiri Alexandrini cogitanti michi illud occurrit: ut quēadmodū in rebus ceteris quae a natura gignūt̄ secula aliqn ipa seu ex celestiū siderū meatu quae in inferiora uim mutant seu ex ipius aeris terraeqz tēperie seu ex utroqz quod tamen causam unā habere potest ubertatem quandā insolitam pariūt sic ⁊ in preclaris obtigisse ingenijs uisū ē. Apud eniz diuini platonis seculū ꝑ multos egregios floruisse philosophos nouim⁹. per multos etiā oratores cadē quae demosthenis tulerūt tempora. Quot prestantissimi claruere uiri diui Augusti imperio: diuinarū scripturarū prīcipes qui in nostra religione habent̄: ⁊ apud gretos ⁊ apud nos: nō ne ex una tanquam matre ul' nido una genuerūt secula? Hec in liberalibus tantū diuinisqz doctrinis animaduertisse hoc licet: sed in re ipa militari minoribusqz alijs disciplinis scultorū pictorūqz aliarūqz artiū quas ętas quedam una excellentissime sibi usurpauisse ē cognita. Et si parua componere magnis licet hoc ipm nostrū seculū in ciuitate precipue nostra florētina quot emicuit ingenijs quae propēmodū sopita liberaliū studia maxima sui gloria suscitauerūt? Tulerunt ⁊ auctorē omniū mathematicorū doctissimū hunc ptolemeū diui Antonini tempora quae abunde clarissimis ⁊ alijs floruere ingenijs quorū opera immortalitati ipi seculū illud consecrauit. Alij quidē alia. Ptolemeus nō ipe quā multa diuinitus edidit inter quae ⁊ orbis situ diligentissime ut cetera a mathematicis nō discedens exhibuit. Hic enī alio quodā modo quā



Beatissimo patri Gregorio xiij pontifici maximo. Jacob⁹ angelus.

Ad tempora Claudij ptolemei uiri Alexandrini cogitanti mihi illud occurrit: ut quēadmodū in rebus ceteris quae a natura gignūt: secula aliqn ipa seu ex celestiū siderū meatu quae in inferiora uim mutant: seu ex ipius aeris terraeqz tēperie: seu ex utroqz: quod tamen causam unā habere potest ubertatem quandā insolitam pariūt: sic 7 in preclaris obtigisse ingenijs uisū ē. Apud eniz diuini platonis seculū p multos egregios floruisse philosophos nouim⁹. per multos etiā oratores: cadē quae demosthenis tulerūt tempora. Quot prestantissimi claruere uiri: diui Augusti imperio: diuinarū scripturarū prīcipes: qui in nostra religione habent: 7 apud gretos 7 apud nos: nō ne ex una tanquam matre ul' nido una genuerūt secula? Hec in liberalibus tantū diuinisqz doctrinis animaduertisse hoc licet: sed in re ipa militari minoribusqz alijs disciplinis: scultorū pictorūqz aliarūqz artiū: quas ętas quedam una excellentissime sibi usurpauisse ē cognita. Et si parua componere magnis licet: hoc ipm nostrū seculū: in ciuitate precipue nostra florētina quot emicuit ingenijs quae propēmodū sopita liberaliū studia: maxima sui gloria suscitauerūt? Tulerunt 7 auctorē omniū mathematicorū doctissimū hunc ptolemeū diui Antonini tempora: quae abunde clarissimis 7 alijs floruere ingenijs: quorū opera immortalitati ipi seculū illud consecrauit. Alij quidē alia. Ptolemeus uō ipe quā multa diuinitus edidit: inter quae 7 orbis situ diligentissime ut cetera: a mathematicis nō discedens: exhibuit. Hic enī alio quodā modo quā

nostri latini: inter quos plinius secundus cosmographorū palmā ferre uidet: rem hanc tractauit. Illi enī licet habitabilem uniuersi orbis situ descripserint: nō tamen ex eorū preceptis plane captari potest: qua arte: toti orbis pictura formari ualeat: ut proportio cuiqz partis ad totū uniuersale seruet. Preterea nemo ab illis doceri potest: nisi grossiori quodā modo: quae seu quantae inclinationes sint: ad quatuor celi plagas: coz situū quos in pictura figere decreuerimus. Nedum quippe lōgitudinē locorū: afixo quodā totius nostrae habitabilis termino ductam: quae tamen rara inuentio ē: sed nec latitudinē ponūt. Nostrorū etiā nullus precepta tradidit: habitabilē ipm orbē: in pluēs picturae tabulas posse diuidi: mensura cū toto eque seruata. Eorūdē etiā nemo prodit: qua ratione orbis ipe noster: q sphericus ē: in superficiē planā deducatur. Nō quod nostrō qui prestantissimi in ea traditione uiri extiterūt: arguendos tantisper censeam: sed quod suis contenti limitibus: historicorū more: rem suā sūma industria: q complexi sūt q prosecuti: qui q alia q̄dam habent: quae ab auctore hoc ptolemeo uidentē pretermissa. Vt autē ea quae ab illo absoluta diuino quodā ingenio sūt: cū nostris etiā habeantē: in latinū ipa curaui transferre sermonē. Opus nempe impeditū: q si ut de suo inquit Mela eloquentiae minime capax: eo hoc magis erit: quod precepta ipa traduntē: quae in eleganti etiā materia: non nisi dicendi genus: ab elegantia ferme semotū: posse amittere uidentur. Preterea cū circa celestes maxime uersentur circulos: obqz id cū obscuriora etiā sint: suauia min? sicuti sunt

ita q̄ iudicant̄. Quare ſacrū preſenſq; numen expectata re
ligionis uerae ſalus. quē nulla diuinarū q̄ humanarū rerum
archana latent. quē ad peſſundandū orbis qui nūc tibi ſubiect̄
regnū. humana pietas q̄ diuinū allicit premiū quē ue ad hoc
noſtrū deſiderandū opus ſupernū quoddā preſagiū futuri iam
iam imperij tui impulit. ut plane hinc cognoſceres. quā āpliſ
ſimā poteſtatē totius orbis mox eſſes adeptur⁹. ueniam dabis
pontifex maxime. hieronymi preſertim diuini interpretis
memor. q̄ de interprete Ciceronē. quē eloquētiae aureū
flumen appellat. ſe admirari loq̄t⁹. quod interdū in tranſ
ferendo ita heſitet. ut qui a Cicerone dicta neſciat. a Ci
cerone dicta nō credat. Ceterū geographiā hoc eſt ter
rae deſcriptionē. auctor hic noſter. hoc omne op⁹ grece
nuncupat. Quā appellationē. uir ſeculi nīri eruditiſſimus
Manuel Conſtantinopolitan⁹ ſuauiſſim⁹ litterarū grecarus
ſeculi noſtri apud nos preceptor. dū in latinū eloquium
id tranſferre. ad uerbū licet. pariter incipit. nō mutauit.
Sed nos in Coſmographiā id uertimus. quod uocabulū licet
etiā grecū ſit. tamen apud latinos ita uſitatū ē. ut iā pro
noſtro habeatur. Credamuſq; uirū eū. ſi id quod trāſtulit
emendaſſet. omnino illud in Coſmographiā mutaturū fuiſſe.
Nā ſi plinius ceteriq; latini. q̄ terrae ſitū deſcripſerūt. op⁹
ſuū Coſmographiā appellāt. q̄ auctores ipī coſmographi
dicunt̄. neſcio cur ptolemei op⁹ qui idē tractat. eodē uoca
bulo apud nos appellari nō debeat. Si uō uelint ptolemeū
ipm ut dixim⁹ longe a nīris differre coſmographis. nam

assertiones huiꝰ operis: quā maxime ex celestibus sumit-
tum magis nobiscū sentiunt: cū in cosmographiae voca-
bulo: plus quiddam quā ipa notetᵉ tēra: quae geogra-
phiae nomen tribuit. Cosmos enī grece: latine mūdꝰ:
qui terrā celumqz ipm: quod per totū hoc opus: tanquā
rei fundamentū adducitur: plane significat. Quod er-
go geographiam dicūt greci in omnibus cosmographo-
rū operibus: exemplo nostrorū: hoc maxime in ope: co
smographiam usū est propius dici. Sed de his satis.
Jam iam ptolemeū ipm latine loquētē audiamus.

Claudij ptolemei cosmographiae primꝰ haec habet.

i Jn quo differt cosmographia a chorographia.

ii Quae ad cosmographiā presupponenda sunt.

iii Quomodo e stadiorū dimensione cuiuscunqz rectae di-
stantiae: licet nō sit sub eodē meridiano: mensura am-
bitus terrae sit percipienda: q ecōtra.

iiii Quod ex superioribus observata: preponenda sūt noticiæ
peragrantium.

v Quod historijs magis nouis credendū sit: ob mutationes
quae diuersis temporibus in orbe contingunt.

vi De editione cosmographiae Marini.

vii Emendatio latitudinis Marini: ab observatione supiorū.

viii Eadem emendatio: ab itinerū: peragratione.

viiii Eadem emendatio: a nauigationibus factis.

x Quibus non ponendi: ethiopes sunt magis australes:

quā parallelus oppositus parallelo per mesoem.
xi Que in longitudine a marino male tradita sunt.
xij Emendatio lōgitudinis notae terrae: a peragrationibus.
xiij Eadem emendatio a nauigationibus.
xiiij De nauigatione ab aurea chersoneso ad Cattigara.
xv De his quae in expositione particulari marinus dissentit.
xvj Quod quedā pretermisit de regionū finibus.
xvij In quibus dissentit ab historia nostri temporis.
xviij De ī commoditate marini in designatione orbis.
xviij De cōmoditate nostri operis in designatione orbis.
xx De inequalitate dimensionis tabule marini.
xxi Quae seruanda sint ad designationē orbis in plano.
xxij Quomodo habitabilis nostra in sphera designanda sit.
xxiij Expositio meridianorū 7 parallelorū ī orbe designandorū.
xxiiij Qualiter ī plano terra designetur: sperico coequalis.

Claudij ptolemei liber primus cosmographiae īcipit feliciter.

In quo differt cosmographia a chorographia. ·I·

COsmographia designatrix imitatio est: totī cogniti orbis: cum his quae fere uniuersaliter sibi iūguntē. A chorographia haec differt: nam chorographia particulariusq; a toto loca abscidens: per se de quolibet ipōz agit: describens ferme singula: etiam minima conceptorū a se locorū: quēadmodū portus: uillas: uicos: fluuiorum scissiones: ac huiuscemodi alia. Cosmographiae uō pprium est: unā eandemq; continuā habitabilē terrā: nobis co-

gnitam ostendere: quomodo natura situq; se habeat: circaq; ea tantū intendit: quę per descriptiones orbis magis generales sibi iunguntur: ueluti circa maiora oppida: magnas ciuitates: montes etiā fluuiosq; īsigores: preterea circa ea omnia: quae iuxta quālibet speciem maiori nota digna sunt. finis chorographiae est: partē totius singillatim animaduertere. Vt siquis aurē tātū: aut oculum pingat. Cosmographiae uero: totū inspicere iuxta proportionē: ut si integrū quis caput designaret. Jntegris enī imaginibus cū oporteat potiora membra primū adhiberi: deinde ea quae imagines picturasq; suscipiūt: ita equa dimensione inter se se locari: ut ex iusta distantia uisu possint discerni: an totū seu pars sint illius quod pingit: sequitur nō indigne: nec preter rem: chorographiae: quecunq; etiā minima: cosmographiae uero: regiones ipas: cū his quae generalius sibi adnectuntur: propriū esse tribui. Nā potiores nostrae habitabilis partes: quae equa dimensionū proportione notabunt: prouīciae siue regiones sūt: q harū priora habentur membra: differentię magis insignes: quae in ipis regionibus sunt. Versatur autē chorographia quā maxīe: circa quale magis quā circa quātū eorū quae describit. Circa enī pingendi similitudinē omnino uertit: cura situū proportionūq; dimissa. Cosmographia uero: magis ad quantitatē quā qualitatē intendit. Nā de proportione distantiarū animaduertit in omnibus: de pingendi uero

proprietate : non nisi solum in imaginibus maiorū descriptionū. Vnde chorographia pictura eget : nullusq; eam recte componet nisi homo pictor. Cosmographia autem non idē expostulat. Nam poterit quis per puras lineas nudasq; denotationes loca figere : ac figurationes generales inscribere. Quare : illi mathematica opus non est : cosmographiae ea est potior pars. Contemplari enim in hac oportet : totī orbis magnitudinem ꝙ formā : preterea situs ad totū orbē ut fas sit : partē conceptā qualis ꝙ quanta sit dicere : ꝙ sub quibus celestis spherae parallelis locetur. Vnde de dierū ac noctiū magnitudine : de fixis quae supra uerticē nobis sunt : de stellis quae supra orizontē semper feruntur : de his quae perpetuo nobis nō oriunt : de omnibus deinde quae ad rationē habitationū nostrarū spectant : disserere poterit. Quae humanis ingenijs : mathematico iure demonstrari : altissimū atq; pulcherrimū est : ut celū scilicet ipm : natura se habeat : cum ueluti ambiens nos ostendi possit : ut terrā ipam per imaginē intueri ualeamus : quae cum certa ꝙ maxima sit : neq; uel tota uel pars nos circū ambiat : ab eisdem quibus celū peragrari potest.

Quae ad cosmographiam presupponenda sunt. .ij.

Qvis cosmographiae finis : ꝙ in quibus a chorographia differat : strictim in prioribus adnotatū sit. Cū autē impresentiarū propositū sit : habitabilem nostri orbis describere : quā maxime fieri possit intra se se coequalē : necesse arbitramur : in exordio haec preponere : quod huius

rei primū est: historia peragrationis: plurimā noticiam nacta ex illorū traditione: qui diligentissime regiones quasq; explorauerūt. quodq; huiusce animaduersionis atq; traditionis: ad geometricam hoc: illud ad obseruationē fixarū pertinet. Quod geometricū est: per purā dimensionē distantiarū ostendit: qualiter loca inter se se sint sita. Quod ad superiora refertē: eorūdem locorū positiones per fixas docet: cū organis astrolabicis ad captandas umbras inuentis. Idq; certū quidē est: nec in aliqua re anceps. Aliud uero genus: est imperfecti q; altero eget. Nam primo cū necesse sit: utroq; in modo: presuppoui ad quē situm duorū locorū distantia uergat: nō enī solū scire oportet: quantū hic locus ab illo distet: sed uersus quam celi plagam: hoc est an ad septentrionē: seu ut ita loquamur: ad solis ortū: aut alias particulares inclinationes: impossibile est hoc considerari diligentius: absq; dictorū instrumentorum ope. Ex ipis enī omni in loco omniq; in tempore: facile inueniri potest linea meridiani: perq; hanc: distantiarū peragratarū noticia. Deinde hoc etiā dato: dimensio quae fit ex numero stadiorū: nobis certā noticiam haud prebet: ob itinera quae raro recta sūt: diuersionibus multis: terra mariq; ita actis: ut opus sit ex terrestri itinere secundū qualitatē q; quātitatē distantiarū obliquarū: id quod rectū iter excedit coniectare: atq; e stadiorū sūma minuere: ut uia recta inueniatē. Quod etiā in nauigationibus ea ex causa contingit: q; ex uentorū pariter flatu per totū iter cū equalitate minime seruato. Preterea etsi eorū locorū distantia diligenter habita est: nō tamen



habet ratio ad totum terrae ambitū: neqz captatur situs eiusdē ad equinoctialē circulū: uel ad polorū situm. Distantia autē quę ex obseruatione superiorū acquirit: horum quodlibet diligenter ostendit: preterea quātas circūferētias uicissim circuli paralleli meridianiqz: qui per loca ipa sunt descripti intercipiūt. Hoc est quales circunferētias in meridionalibus: paralleli q equinoctialis intercipiunt: quales uc in parallelis q in equinoctiali: meridionales. Deinde docet quotam partē occupent ipa duo loca: circūferentię maximi circuli: qui per eadem in terra circūscribitur. Quae dimensio parta ex superioribus: stadiorū numeratione non eget: habita ratione partiū terrae: ad totius descriptionis ambitū. Nam fat est: circulationē ipius terrę supponere tot esse partiū/quot libuerit: q harū totidē contineri a distantijs prenotatis: in circulis ipius terrę maximis. Sed ad diuidendū totū terrę ambitū aut ipius partes: in distātias: nostris stadiorū dimensionibus notas: haec eque nō sufficit. Quare ob hoc solū necesse fuit: quandā rectā in tēra distantiā: alicui circūferentię maximi cuiusdā celestis circuli adaptare: q ex fixis habita hui proportione ad totū circulū: ac percepto numero stadiorū: ipius partis: seu datę i terra distantię: poterimus toti orbis ambitū per stadia metiri. Concessū enī cū sit ex mathematicis demonstrationibus toti terrae q aquae superficiē: ad totū sphericam esse: q idem centrū cum sphera celestiū simul habere: q quod plana quelibet: quę per centrū emittuntur: in cōmunibus sui



q ipārū celi terrēqz superficierū sectionibus: maximos circulos faciūt: quodqz eorūdem planorū anguli qui circa centrū sūt: circunferentias circulorū ipōrū interceptas: eiusdē uniꝰ rationis efficiūt: sequitur: distantiarū quas in terra suscipimus: quātita tē quippe stadiorū: si distantiē rectae sint: exdimensionibus posse percipi: rationē uero ab eisdē stadijs ad totū tērē ambitū minime inueniri quia nulla ad totū proportio hinc dari potest. Asimili autē circūferentia celestis. circuli datur. Nā celestis circūferetiae ratio: in propria totiꝰ terrē circulatione captatur: eademqz ratio est: similis portionis in circulo tērē quē ad maximū ipius circulum.

Quomodo ex stadiorū dimensione cuiuscunqz rectē distātiē: licet nō sit sub eodē meridiano: mensura ambitus terrae sit percipienda q ecōtra. .uj.

PRiores nō tantū rectā querebant distantiam in terra: ut circūferētiā maximi circuli captarent: sed eam etiā quae situ teneret in plano sub uno ipō meridiano. Vnde per instrumenta quae diximus: obseruātes puncta quae supra uerticē erant: utriusqz finis distantiae datae: ex his signis: per interceptam meridiani circūferentiā: sub equa proportione distātiā in tēra notatā habebant. Nā ut dictū est: signa prefata in uno plano assumebant: q lineae transeuntes per extrema distantiae: ad puncta quae supra uerticē erant: necessario concurrebāt: q huius coincidentiae punctus: cōmune circulorū ipōrū erat centrū. Quota ergo pars circuli per polos descripti uidebatur interceptā ab utroqz puncto supra uerticem

J

assumpto totam esse constabat circūferētiam ad totum terrae ambitū. Sed si huiusmodi distātia nō est sub circulo per polos descripto sed sub alio quolibet maximorū idem ostendi potest obseruatis pari modo eleuationibus poli in terminis ipius distātię ꝯ animaduerso simul situ quē habet ipa distantia ad alterum meridionaliū. Quae plane demonstrauimꝰ nos per organū quod ad obseruationē umbrarū struximus per quod facile utillima alia quā multa captamus ꝯ die quolibet noctuqꝫ eleuationē poli septentrionalis omniqꝫ hora meridionalē situ habemus distantiae datae huiusqꝫ dimensionē hoc est quales facit angulos maximus circulus descriptus per lineā distantię cum circulo meridiano iuxta pūctū qui supra uerticē est. Ex quibus ꝯ quesitā circūferentiam per ipm instrumentū ostendimus ꝯ circūferētiā ęquinoctialis a duobus meridianis interceptā si paralleli alij sint quā ęquinoctialis. Vnde iuxta demōstrationē hāc si metiemur unā solā rectāqꝫ in terra distantiam numerus stadiorū totius ambitꝰ terrae inueniri potest. Perqꝫ autē hoc reliquū est ut ꝯ omniū ceterarū distantiarū dimensio licet rectae omnino nō sit neqꝫ sub eodē meridiano aut parallelo percipiatꝰ eleuatione poli ꝯ inclinatione distantie ad meridianū diligēter seruata. Contra enim per rationē circūferētię ad maximū circulū stadiorū numerꝰ facile haberi potest a cognita circulatiōe totiꝰ terrae.

Quod obseruata ex supioribꝫ ꝓponēda sūt noticię peragrātiū. iiij.

His ergo sic habitis: qui regiones singillatim circumambulauere: si huiusmodi obseruationibus usi fuissēt: omnino certā descriptionē nostrę habitabilis facere potuissent. Sed cum solus Hipparcus: paucarū admodū ciuitatū: pro earū copia quae in cosmographia notantē: elcuationes poli artici nobis tradiderit: ac loca per pauca sub eisdē sita parallelis notauerit: aliqui uero post ipm quedā rettulerint locorū oppositorū: non tamen quae equaliter distarent ab equatore: sed simpliciter sub eisdē sita meridianis: id sumētes ex nauigationibus: uel borea uel austro secundo factis: quam plures autē distantiarū: presertim quae ad ortū solis siue ad occasū uergerent: conceptae fuerint: ex generali quadā traditione: nō ex auctorū iporū ignauia: sed quod nondum diligentioris mathematicae usus foret: preterea quia nō multi defectus lunares in eodē tempore diuersis in locis tum obseruati fuerant: quēadmodū eclipsis illa: quae in Arbilis sub hora quinta: in Cartagine uō sub secunda notata fuit: ex quibus uideri posset: quot horis equinoctialibus: seu quot temporū spatijs: loca inter se se distarent ad ortum solis uel ad occasū: equū quoqz est: descripturū cosmographiam: quae nouerit diligentiori obseruatione notata: tā quā operis sui fundamenta preponere: alia autē a ceteris tradita his adaptare: quousqz iporū inuicē sit: quā maxīe fieri possit: cū primis traditionibus certiores inueniāt.

Quod nouioribus historijs credendū magis sit: ob mutationes quę diuersis temporibus in orbe contingunt. .V.

J

INitiū nostrae descriptionis his prelibatis: sic eque haberi poterit. Sed cū loca omnia quę aut ob infinitā eorū magnitudinē: aut quia non semper eodē modo se se habent: nō omnino satis explorata sunt: q diuturniusq tempus: eorū noticiam semper certiorē faciat: circaq cosmographiam hoc animaduertendū uidet: cū concessum sit: ex traditionibus uario in tempore editis: non unas nostri continētis partes: ob excessum suę magnitudinis: nōdū ad nostrā peruenisse noticiam: aliquas uero: non quēadmodū se se habent: ob peragrantiū negligentiā: nobis minus diligenter traditas: alias autē esse: quae nūc aliter quā hactenus se se habent: siue ob corruptiones siue ob mutationes in quibus pro parte corruisse cognitę sunt: necesse nobis fit: ad nouas temporis nostri traditiones: magis intendere: librando tamen in expositione illoz quae nunc tractantur: q in selectione eorū quae hactenus tradita fuerint: quid sit: quidue nō sit credendū.

De editione Cosmographiae Marini. Vi.

MArinus igitur tyrius: tempestatis nostrę cosmographorū postremus: summo uidetur studio: huic materię se intulisse. Nam plura explorauisse cognoscit: preter ea quae hactenus nota fuerant: deinde omniū ferme historicorū qui eū preuenerant: noticia diligentissime habita: nō tantū quęcunq ab alijs errata fuerant emendauit: sed illa etiā quae ipe idē male tracta uerat quēadmodū in editionibus pictae suae cosmogra-

phiae : quę quã multa elimant : licet animaduertere. Sed si inspiceremus ultimo eius operi nichil deesse : satis ꝙ nobis foret : ex istis eius tantum commentarijs : absqz aliorũ uestigatione : habitabilem nostram describere. Verum cũ ipe uideatur : quibusdã : animaduersione haud satis fidei digna assentiri : preterea circa modũ designationis : nostatur sepius : neqz dimensionũ : neqz oportunae facilitatis debitã curã agere : non indigne moti sumus : uti ad rationẽ usũqz putauim⁹ fore cõmodius : operi cõferre ꝙ uiro. Quod quippe absqz uerborũ insolentia : quã maxĩe id fieri poterit : efficere conabimur : utrũqz erroris gen⁹ attingentes breuiter : uti ratio ipa dictabit. Primũqz id quod ad historiã attinet queram⁹ : ex qua opinat ipe : ad maiorẽ longitudinẽ uersus ortũ solis : ac ad maiorẽ latitudinẽ in meridiem : quã fas sit : terram nobis notã produci. Non autẽ iniquius superficiei distantiã tendentẽ ab occasu ad ortũ solis lõgitudinẽ appellamus : atqz distantiã a septentrione in meridiẽ latitudinẽ : cũ in motibus celestibus parallelos : similiter nuncupem⁹. Preterea quod quã maxime maiorẽ distantiã : lõgitudinẽ dicim⁹. Plane quidẽ concessũ est ab omnibus : distantiam nostrae habitabilis : quae ab ortu solis in occasum extenditur : multo maiorem ea esse : quae a septẽtrione in meridiem uergit.

Emendatio latitudĩs Marini : ab obseruatione superiorũ. Cvij.

PRimũ igitur latitudinis terminũ ponit ꝙ ipe thylẽ insulã : sub parallelo qui plagã maxĩe septẽtionalẽ

terrae nobis notae diuidit · quē parallelū ostendit quā potest clare · ab equinoctiali distare sexaginta ⁊ tribus gradibus · qualiū est meridianus circulus trecentorū ⁊ sexaginta · Eam autē latitudinē notat · treginta ⁊ uno milibus ac quingētis stadijs · uelut gradus quilibet ex quingentis stadijs propemodū constet · Post haec regionē ethiopū Agisymbam nomine · ⁊ prasū promontoriū ponit sub parallelo · qui plagā maxīe australē nobis cognitam finit · quē parallelū sub hiemali tropico sistit · Quare omnis latitudo inter equinoctialē ⁊ tropicū hiemalē · ac inter thylem ⁊ eundem equinoctialem · in unū coacta · gradus fere septem ⁊ Octuaginta complet · stadia uero quadraginta ⁊ tria milia ac quingenta · Conatur autē rationē australis finis ostendere · per obseruationes quasdam fixas · ut ipe putat · ⁊ p itinera quędam terra mariq; facta · quoz quodlibet attingemus breuiter · In obseruatione quidē fixarū · in tertio operis sui uolumine sub his uerbis memorat · Zodiacus supra torridā zonā totus fertur · ex quo in ipa umbre mutantur · ⁊ omnes fixae oriuntur ⁊ occidunt · Sola autē minor ursa incipit supra orizontē tota uideri · in Occle plaga septentrionali · stadijs quinque milibus ⁊ quingentis · Parallelus enī per Occlem · gradibus undecim ⁊ duplici quīta eleuatur · Ab hippartho autē traditē · minor ursae stellam · quae australior in ea est · quae ue ultima in eiusdem cauda notatur · a polo distare gradibus duodecim ⁊ quinta dupli · ac ab equinoctiali profectis ad tropicū estiualē · polum arcticū continuo ferri supra orizontē · australem uero

magis demergi · Preterea his qui ab equatore ad tropi
cū hiemis pergunt: australē polū supra oriçōtē eleuari:
septentrionalem uero deprimi · Vnde p hāc: euent²
sub equinoctiali aut inter geminos tropicos solū nārat.
Quod autem aliqua noticia per obseruationē fixarū: uere
habita fuerit in locis magis australibus quā ecclus
equinoctialis: minime tradit: ueluti si alicubi: stellas
australiores quā equinoctialis supra uerticē poneret: seu
si meridionales umbras: in equinoctijs: ad austrū declinari
diceret: aut si omnes stellas minoris ursae oriri aut
occidere ostenderet: seu ipārū aliquas nō omnino uideri:
australi polo supra oriçontē elato · Per ea autē quae
deinde tradit: quasdā narrat fixas obseruatas fuisse: quę
tamen: mentem suam omnino nō asserūt · Inquit enī: eos
qui ab indis ad limyricā nauigant: ut Diodorus Samius
narrat in tertio taurū: in altiori eius loco: ad mediū celū
habere: ⁊ pliadem: ad mediū antennarū · Qui autē soluūt
ab Arabia ad Açaniam: recta ad meridiem nauigant: ⁊ ad-
uersus Canobū stellā: qui illic hippos hoc est equus appellat:
⁊ longe australis est · Stellae autē quae illic uidentē: apud
nos haud nominantur: ⁊ canis prius quā precanis oritur:
ac orion totus: ante punctū ubi sol ad tropicū estiuū con-
uertitur lucet · Ex his ergo stellarū obseruationibus: quas-
dam habitationes manifeste ostendit: magis septētriona-
les quā equinoctialis: ueluti cū dicit taurū ⁊ pliadē: fieri
supra uerticē nauigantibus · Hę enim stellę citra equino-

T

ctialē ſunt. Quaſdā autē non auſtrales magis quā ſeptētrionales oſtendit. Nam canobus uideri etiam poteſt: a longe magis ſeptentrionalibus: quā ſit tropicus eſtiuus: pluresq; ex fixis: quae apud nos ſemper latent: in locis magis quā nos auſtralibus: ac magis etiā ſeptentrionalibus quā æquinoctialis: ut circa ſitū Meroes: ſupra oriçontē uideri poſſunt: quēadmodum ipē canobus: hic ſupra terram eleuatur: minimeq; ab his uidet: qui magis quā nos ſeptentrionales exiſtunt. Hunc quippe qui ad meridiē magis tendunt: hippū hoc eſt equū appellāt: nec hoc nomine alia dicitur ſtella ex nobis incognitis. Deinde etiā infert ſe ex mathematicis demōſtrationibus percepiſſe: qd orion totus apparet: ante tropicū eſtiuū: his qui ſub eqnoctiali habitant: apud quos etiā canis prior quā pretanis oriri incipit quod uſq; ad Syenem ſeruatur. Ex quibus etiā obſeruationib? nichil propriū aut neceſſariū eſſe uidetur: quod habitationū ſitus magis auſtrales ſint quā circulus æquinoctialis.

Eadem emendatio ab itinerū peragratione. Viij.

IN peragrationibus autē computans: itinerū dies ſingillatim a magna Lepti ad Agiſymbam regionē: hanc uigintiquatuor milibus: ac ſexcentis ⁊ octuaginta ſtadijs magis auſtralē: quā æquinoctialē oſtendit. Nauigando uero: dies ſolutionis a Ptolemaide: quę eſt in troglodytica regione ad praſū promontoriū colligens: concludit hoc eſſe auſtralius equinoctiali: ſtadijs uiginti ⁊ ſeptem milibus ac octingentis. Vnde infertur Praſum promontoriū ⁊ agiſymbā regionē ethiopū: quę etiā ut ipē fatetur ab auſtrali plaga nō terminat ethiopiam:

in frigida ẓona oppoſiti noſtri orbis · iuxta eiuſdē uí
ri rationem ſitā eſſe · Nam uiginti ⁊ ſeptē milia ſtadio
rū ac octuaginta in meridiano conſtituūt gradus · qui-
quaginta ⁊ quinque cū triplici quīta · quot gradibus ex al-
tera ẓquatoris parte · iuxta eaſdē celi qualitates ſcythe
ſecedunt ⁊ ſarmatae · qui ſeptentrionalia paludis meo
tidos incolunt · Reducit igitē ⁊ ipē numerū ſtadiorum
ad dimidiū minuſue · hoc eſt ad ſtadia duodecim milia ·
quot hiemalis tropicus ferme diſtat ab ẓquinoctiali ·
Cauſas huiuſce ſectionis eſſe tradit · diuerſiones ac
inequalitatē itinerū · miſſis his rationibus · ex quibus
nō tantū corripere neceſſe uidebatē · ſed etiam numerū
ad medietatē optatam redigere · Primū enī in peragra
tionū narratione refert · Septimiū flaccū qui in libya
militaūerat · a garamantibus ad ethiopas · triū menſiuz
ſpatio peruenisſe uerſus meridiē iter agentem · Juliū
uero Maternū a magna lepti ⁊ agarame unā cū rege
garamantū · qui ethiopibus bellū indixerat · inquit uer-
ſus meridiem ſemper profectū · in quatuor menſibꝫ ue-
niſſe ad agiſymbā ethiopū regionē · quo ſalicet in loco
rinocerontes cōueniūt · horū utrūq; ex ſe ipo incredibile ē ·
partim quod ethiopes nō adeo a garamātibus abſunt · ut
ſpaciū triū menſiū requiratē · cū garamantes ipi maxime
ethiopes ſint · ⁊ ſub eodē regantē imperio · partim quia
ridiculū eſt · regem per ſubditas ſibi prouīcias · recta a
ſeptentrione ad meridiem iter egiſſe · ⁊ cū uerſus ſolis

J

ortum ac occasum gentes illę longissimis effundant spaciis quod necubi moras nota dignas traxerit. Ex quibus nō ab re tiose est uiros aut hyperbolice locutos fuisse aut sic ad meridiem intellexisse quēadmodū uulgo dici solet ad austrum uel ad notū hisq; abusos magis quā diligentię ueritati innixos.

Eadem emendatio a nauigationibus factis. Xiiij.

Deinde nauigationes inducens inter Aromata & rapta refert quendam diogenem ex his unum qui in indiā nauigauerāt cū diuertisset & profecturus iuxta aromata esset ab arctico borea impulsū fuisse cumq; ad dextrā troglodyticam haberet regionē uiginti & quinq; diebus ad paludes unde nilus fluit penetrauisse quibus Raptorū promontoriū paulo ad austrū magis extenditur. Theophilū etiā narrat unū ex his qui in Aęaniam soluerāt a Raptis impulsu austri uigesima die ad Aromata uenisse. Horū uterq; quot dierū ea nauigatio foret nō expressit. Theophilus quidē ut inquit die uigesima applicuit. Diogenes uero uigesima quinta die iuxta troglodyticā nauigauit. Uterq; enī licet retulerit quot diebus nauigauerint nō tamen aperuit quot dierū ea esset nauigatio ob uentorū uarietatē atq; mutationes quā fas fuit in tanto temporis spatio fuisse. Preterea neq; ad septentrionē uel ad austrū continuo se nauigasse inquiunt sed ait diogenes se tantū ab arctico impulsū borea. Theophilus uero se nauigasse per austrū. Reliquā autem nauigationē quod eandem equalitatē continuo seruauisset neuter retulit. Non enim credendū est tam multis dieb?

eundē flatus tenorem fuisse seruatū · Vnde cū diogenes ab Aromatibus ad paludes quibus Raptorū promontorium paulo australius est / uigesima q quinta die nauigauerit / q Theophilus a Raptis ad Aromata / quę distantia maior est / die uigesima pertransierit / preterea asserent Theophilo uni naturalis diei nauigationē si secunda fiat / mille stadiorum esse / tamen inquit nauigationē a Raptis ad prasū promontoriū / quę multorū dierū est / a Dioscoro quinq milliū stadiorū tantūmodo poni · Nam facillime inquit / ut decet sub equinoctiali / uariant uenti / preterea accessus iuxta equinoctialē ex utraq; solis parte perniciores sē. Ex his igitur equius erat / numero dierū nō assentiri / preterea / quod efficacius est / qđ computatio facta / ethiopas q rinocerontū conuentū / in frigidā alterā zonā oppositę habitabilis terre extendit · Ratio enī ipa / asserit / omnia animalia / omnesq; plantas eque similitudinē unā trahere / sub una celi qualitate / aut aeris temperie · hoc est sub eisdē parallelis aut sitibus / equaliter ab utroq; polo distātibus / iuxta proportionē / unā omniū qualitatem esse · Quare marinus iuxta hiemalē tropicū latitudinē perstrinxit / nulla prebita ratione tantę contractionis / si admittat quis dierū numerū / q peragrationū nauigationūq; seriem quā ipe exprimit. Sed hoc animaduertens ille / numerū tantūmodo diurnorum stadiorū minuit / idq; preter modū atq; cōsuetudinē agit / quousq; ad optatum q oportunū parallelum deueniat. Agendū autē contra fuit · Nam diurnae quidē peragrationi / eidēq;

possibili

J

possibili: facile fuit credendū: equalitati uero itinerū seu nauigationū: aut qđ per lineā rectam omnino itum fuerit: assētiri minime decuit: cum ex his distantia quesita nō posset haberi: sed nouisse fas fuit quod eadem latitudo ultra equinoctialem protenderetur. Sed hoc ipm: ex certiori modo: obseruatione scilicet q̄rūdā superiorū: cognoscere erat equius. Quod omnino diligentissime exploraſſet quis: si ex mathematicis plane considerauisset: quae in illis regionibus accidunt. Cum uero animaduersio hec haud habita fuerit: relinquit ut quod magis ratio dictat: simplicius quantitatē distantie que equinoctialē egredit: animaduertamus. Habet autē id per genera atq; formas coloresq; animantiū ibi degentiū. Ex quo nō uidetur consequens esse: parallelū Agisymbae regionis: quā liquet ethiopum esse: usq; tropicū hiemalē attingere: sed circa equinoctialē terminari. Nō enī apud nos in locis illi oppositis: hoc est sub estiuo tropico: colores habent ethiopū. neq; rinocerantes aut elephantes sunt: sed in locis nō multo australioribus modice nigrent: quēadmodū qui intra Syenem Triacontaschinū habitāt: quales ob eandē causā Marinus ipe describit esse garamantas: quos nec in ipo estiuali tropico: nec magis eodem tropico septentrionales: sed longe australiores esse tradit. In locis autē circa Meroem: abunde sunt nigri: & tū primū puri ethiopes: ubi & elephantū & monstruosorū animantiū genus alitur.

Qđ non ponendi ethiopes sunt magis australes quam parallelus oppositus parallelo per Meroem. X.

QUare nūc usq; actum bene uideri poterit: hoc est quousq; traditio illuc nauigantiū narrat ethiopes: Agisymbā regionē:

q̄ prasum promontorium: ceteraq̄ que in eodē parallelo sunt sita: in opposito per meroem parallelo describere. Id autē erit in situ distanti ab equinoctiali uersus meridiem gradibus pariter sedecī ac tertia q̄ duodecima: stadiis uero octo milibus ac ducentis ferme: quo pacto tota eiusdē habitabilis latitudo pene colligit̄: graduū septuaginta et nouē: ac tertie q̄ duodecimae: uel ad summum octuaginta: stadiorum uero Quadraginta miliū. Distantia quippe inter magnam leptem et garamā: quēadmodū flacous atq̄ Maternus tradiderūt: stadiorū ponitur quinq̄ milium pariter ac quadrīgentorū. Vigesima nanq̄ dies: secunda p̄fectio est: emendata post primū iter: ut tota ad meridiē uel ad septentrionē directa sit: cū primū iter obflexiones: dierū tregin ta fuerit. Numerū autē stadiorū cuiusq̄ diei: eos exposuisse memorat: qui id iter sepius peragrauerūt. Quod nō tantū pulchre sed necessario animaduersū est: ob aquandi diuersiones. Quēadmodū autē de rariis magnisq̄ ac nōdū recte exploratis distantijs dubitandū est: sic illis: que nec magnae nec rarae: sed sepius a multis peragrate sunt: credi fas est.

Que de longitudine a Marino male tradita sunt. xi.

Ad quantū igitur spatiū: situs nostre habitabilis: congrue extendi in latitudinē possit: ex his nobis manifestū est. Longitudinē uero Marinus: inter duos meridianos notat: quindecim horarū spatia continentes. Nobis autē uidet̄: distantiam hanc uersus solis ortū plusquā decreat extendi: que si contrahatur iuxta fas debitūq̄: non integra duodecim horarū spatia consti-

tuere posse uidebit: cum in ultimo occidentis termino similiter po-
nantur insule fortunate: plagā uero maxime orientalē: seres: sine-
qz atqz cattigara terminēt. Distantiā enī ab insulis fortunatis ad
transitū euphratis per hierapolim: sub parallelo per rhodū simili-
ter seruamus q nos: cum numero stadiorū ab ipo singillatim exposito:
partī ob frequentē itineris usum: partim quia in maioribus distan-
tijs: uidetur q ipe recte collegisse: id quod ex flexionibus q inequa-
litatibus itinerū emendandū fuerat. Deinde etiā quia ponit gradū
unū: qualiū est circulus maximus trecentorū q sexaginta: in sup-
ficie terre quingenta stadia intercipere: quod ex notis certisqz
dimensionibus liquet. Similem autē circūferentiā rhodiensis paral-
leli: hoc est distantis ab equinoctiali treginta q sex gradibus: qua-
dringentorū ferme stadiorū esse exponit. Quod enī in eis equa-
litatē rectā excedit: secundū rationē parallelorū: ex paucitate
sua pinguiori donatur computo. Distantiā uero quae ab ipo tran-
situ euphratis usqz ad turrē lapideam comprehendit: inquit ipe
schinorū octigentorū ac septuaginta q sex esse: stadiorū uero ui-
ginti q sex miliū ac ducentorū q octuaginta. Deinde a turri lapi-
dea usqz Seras metropolī Serum iter esse dicit septimestre: sta-
diorū autē treginta q sex miliū ac ducentorū. Verū ut ambas
distantias ad eundem parallelū redigamus: iuxta equā contracti-
onē: utrāqz emendem. In ambabus quippe peragrationib: non
uidet ipe defalcasse: quod ex enormitate circunflexionū supereſt.
Preterea q in secundo etiā itinere: in easdē uidet incidisse fallaciā:
inquibus agaramantibus ad agisymbā lapsus est. Ibi enī computa-
to stadiorū numero per menses quatuor: coactus est eū: plus

quā ad mediū restringere. Possibile quippe nō fuerat: per tot dierū spatiū: iter semper uniforme fuisse: quod in septimestri peragratione etiā contigisse haud absurdū est: imo magis consonū quā in itinere garamantū. Illud enī iter a rege prouincię actū est: cum nō parua sicut decuit diligentia: deinde sub celo omnino sereno. Peragratio autē a turri lapidea ad seras: ualidiores suscipit hiemes. Subiacet nanqz ut ipe ponit parallelis per byçantiū ellespontumqz. Ex quibus dilationes multas in itinere ipo fieri necesse fuit: cum etiam eius profectionis causa: negociacio esset. Refert enim Maem uirū Macedonem: qui etiā Titianus dicebatur: patre q ipo negociatore genitū: huiusce itineris dimēsionē notauisse: nō qd ipe ad Seras pĕrexerit: sed eo aliquē destinauerit. Sed negociatorū relatibus q ipe haud assentiri uidet. Unde philemoni non annuit: qui longitudinē ibernię insule ab ortu solis ad occasum: uiginti dierū exponit. Memorat enī ipm: a negociatoribus eam percepisse: quos negligentiores ueritatis esse scribit: circa iporū cōinertia occupatos. Eosdē q ipe inquit: persepius exinani quadā ambitione: distantias maxime augere. Hic autē in septimestri profectione: nichil memoratu dignū rettulisse eos qui id iter dimensi fuerint: pro magnitudine temporis mōstrū est.

Emendatio longitudinis nostrę habitabilis a peragratoibz. xiij.

Quam ob causam: q quoniā id iter sub uno solo parallelo non est: sed lapidea turris circa byçantiī parallelū: et Serę australes magis sunt: quā parallelus per ellespontum: equum uidetur ——— multitudinē stadiorū ex septimestri colle-

J

ctorū: hoc est treginta q sex miliū ac ducentorū: nō ad minus quā ad mediū secare: sed pro expeditiori intellectu ad solam medietatē. Vt computari possit data distantia stadiorū decem q octo miliū atq; centū: graduū uero quinq; q quadraginta cū quarta. Etenim preter rationē est: q omnino absurdū: ī utraq; hac peragratione: tantę sectioni nō assentiri: ac in itinere garamantū eandē contractionē concedere: quod in prōptu ratio ibi est: differentia scilicet animantiū degentiū in Agisymba regione: quę nequaquā possūt: preter naturalia sibi loca traduci: a turri uero lapidea ad seras id pari modo nō acceptare. qđ eadem ratio illic adduci nequeat: sed per totā distantiā: siue minor ea sit: seu amplior: similis ipius aeris qualitas q impressio sit. Quēadmodū siquis quia in furto deprehendi nequeat: iusticiā negligat: contra ipius philosophiae documēta. Vnde primam distantiā quę scilicet est ab euphrate ad turrē lapideā octingentorū ac septuaginta q sex schinorū: ob itinerū flexiones: ad octingentos tantū schinos contrahim̄: stadia autē uiginti q quatuor milia. Quod ita esse credit̄: ob itineris particulares dimēsiones: ac regionū crebros aditus quibus id iter potitū ē. Quod autē diuerticula plura habeat: manifestū est: ex his quę Marinus ipē ponit. Peragrationē enī a transitu euphratis iuxta hierapolim per Mesopotamiā ad tigrī: q hinc per garamantas iter Assyrię medorūq; ad Ecbatana portasq; caspias: preterea parthię ad hecatompylon: tas ē per parallelū rhodi suscipere. hic enī circulus per dictas regiones scribit̄. Viam uero ab hecatompylo ad hyrcaniā ciuitatē: necesse est ad arcton declinare: hyr-

cania ciuitate in medio propemodū posita paralleloru smyrne
7 elleſponti · Nam parallelus ſmyrnę ſub ipa regione hyrcaniae de
ſignatur · elleſponti uero per auſtrales plagas pelagi hyrcani · quae
paru magis ſeptentrionales ſunt · qua ipa hyrcanoru ciuitas · a nomi
ne regionis ſuę appellata · Deinde iter ab hac ad margianā antiochiā
per ariam · primo ad meridiē reſpicit cū aria · primo ad meridiē
reſpicit · cū aria ſub eodē parallelo quo portę caſpię ſita ſit ·
poſt ad arcton inclinat · cū antiochia circa elleſponti parallelū
ſit poſita · a qua aditus ad bactra uerſus ſolis ortū extenditur ·
Ad aſcenſū poſt montiū comedoru itur · uerſus ſeptētrionē · Syria
preterea quę montana hęc egreditur ac perducit ad uallē quae
campeſtra excipit · ad meridiē tendit · horū quippe montiū ſeptētrio
nalia 7 quę magis occidentalia ſunt · ubi aſcenſus eſt · ponit ſub
parallelo byzantij · quę uero auſtralia 7 ad ortū ſolis uergunt · ſub
parallelo elleſponti · Nam montana ipa tradit ad ortū ſolis palam
quaſi extenſa · ad auſtrū quoda modo declinare · Inde penticonta
ſchinū inquit ad lapideam uſq turrim ad arcton eque uergere ·
Vallē enim egreſſos · turris ut inquit lapidea excipit · a qua mon
tes qui ad orientē ſolē progrediuntur · imao coniungit · qui a pa
limbrothis ad ſeptentrionē protenditur · Simul ergo collectis gradi
bus ſexaginta · qui notati ſunt · per uiginti 7 quatuor milia ſtadio
ru · cū gradibus quadraginta 7 quinq 7 quarta · tot eni ſut a turri
lapidea ad Seras · comprehenditur tota diſtantia ab euphrate ad
Seras in parallelo rhodienſi graduū centū 7 quinq cum quinta ·
Colliguntur preterea ex dimenſionibus quas ipe ſupponit · ſub
eodē parallelo gradus alij ut dicetur · primo a meridionali no-

tato per insulas fortunatas usqz ad sacrū ispaniae promōtoriū gradus duo ⁊ semis. Deinde ad Vetis fluuis ostia. post hęc a Vetio ad angusta atlantici peligi atqz calpem. similiter gradus duo ⁊ semis in unaquaqz distantia. Hinc a prefatis angustijs usqz ad Calarim sardinię gradus uiginti ⁊ quinqz. A calari autē ad lilybeū sicilię quatuor ⁊ semis. A lilybeo ad pachynū tres. Moxqz a pachyno ad tenarū laconię decē. Inde ad rhodū octo cū q̄rta. A rhodo ad hissum undecim cum quarta. Dehinc ab hisso ad euphraten duo ⁊ semis. Colliguntur itaqz totius huius distantiae gradus septuaginta ⁊ duo. Quare omnis longitudo terre nobis cognitę. hoc est a meridiano designato. seu terminātę ab ultimo occasu insulas fortunatas usqz ad Seras graduū Centum ac Septuaginta ⁊ septē cum quarta adnotatur.

Eadem emendatio a nauigationibus. .xiij.

Quiectare quis posset. tantūdem esse longitudinis spatium etiā ex distantijs quae a Marino tractantur. nauigando ab Jndia usqz ad sinū Sinarū. atqz cattigara. si quā maxime propius ratio habeatur sinuū ac inequalitatū nauigationū. situū-qz iparū regionū. Post enī colchorū sinū. a promontorio quod nuncupatur Cory. suscipi inquit sinū argaricū. constareqz usqz ad Curulis urbem. stadijs tribus milibus ac quadraginta. Additqz eam ciuitatē sitam esse ex parte boreae eiusdem Cory promontorij. Colligi igit posset ea transfretatio. tertia parte deducta. iuxta normā gangetici sinus. stadiorū ferme duorū miliū ac treginta. cum tota uentorum inequalitate. Ex quibus ut ad continuū unūqz cursū deueniatur. tertia etiam parte sublata. relinquent stadia mille ac trecenta ⁊

fere quinquaginta · iuxta boreae situ · quo redacto ad situm
æquinoctialis parallelu · & ad uentu apeliota · deductione medie
tatis · iuxta ratione anguli transsumpti · habebim⁹ distantia
interceptā a duobus meridianis · hoc est · ab eo qui per cory
promontoriu scribit · & ab illo qui per Curuli adnotatur · sta
diorū secentorū ac septuaginta & quinq · graduū uero fere uni⁹
cū simplici tertia · horū enim situū parallelu · nulla memorabili nota
a maximo circulo differūt · Deinde a Curuli urbe · nauigatione iquit
esse · uersus hiemalē solis ortū · usq parula · constareq stadijs no
uē milibus ac quadringentis & quinquaginta · Λ quibus tertia
etiā parte dempta · ob uentorū cursuūq inequalitatē · habebim⁹
ad unū continuū motū · ad curū fere directū · distantia stadiorū ·
pene sex miliū ac trecentorū · Λ quibus · sextam partē deducen
tes · ut redigatur distantia ad parallelū equinoctialē · inuenie⁹
distantia horū meridionaliū · stadiorū esse quinq miliū ac ducen
torū & quinquaginta · graduū uero decem & semis · Hinc gange
ticū sinū ponit decem & nouē miliū stadiorū · Λ paluri quidem
ad Sandam urbē quasi uersus ortū solis æquinoctialē · per eundē
nauigando sinū · tradit tredecim miliū stadiorū · Et quonia ad
æquinoctialē ortū dirigitur ferme cursus · ex motuū inequalita
te · tertia tantū pars ab eodē deducitur numero · Quo facto ·
relinquetur · ut horū meridionaliū sit distantia · stadiorū octo
miliū ac secentorū & septuaginta · graduū uero decem & septem
cum tertia · Deinde nauigatione a Sanda ad urbē Tamala ·
facit stadiorū triū miliū ac quingentorū aduersus hiemalem
solis ortū · Pro inequalitate autē cursus · iterū partē tertia

deducentes ⁊ habebimus in motu continuo stadia duo milia ⁊ trecenta ac treginta. Ob inclinationē uero ad eurū ⁊ partē sexta inde sumentes ⁊ inueniemus distantiā expositorū meridionaliū ⁊ stadiorū mille ac noningentorū ⁊ quadraginta ⁊ graduū autē fere triū ⁊ semis cū tertia. Post hęc transitū a tamala ad auream Chersonesum ⁊ tradit stadiorū mille ac sexcentorū ⁊ etiā uersus hiemalē ortū. Quare ⁊ ab hoc numero ⁊ eque deductis similibus partibus ⁊ relinquetur meridionaliū iporū distantia ⁊ stadiorū octingentorū ⁊ graduū uero uniuſ cū quadruplici quīta. Vnde colligi potest distantia a Cory promontorio ad auream chersonesū ⁊ graduū treginta ⁊ quatuor cū quadruplici qnta esse.

De nauigatione ab aurea chersoneso ad cattigara. ·xuij·

Numerū stadiorū nauigationis ab aurea chersoneso ad cattigara Marinus nō tradit. Alexandrū autē referre dicit ⁊ terram hmc opponi meridiei ⁊ eosq; qui secus ipius litora nauigāt ⁊ die uicesima ad ẓabas urbem peruenire. inde a ẓabis contra notū transfretantes ⁊ presertim ad leuā ⁊ diebus aliquot Cattigara apprehendere. Auget quidem distantiā ipe posita ⁊ intelligens dies aliquot pro pluribus. Inquit enī ob multitudinē eos numero minime comprehensos fuisse. quod ego ridiculū existimo. Quis enī dierū numerus infinitus est ⁊ etiam si totius orbis ambitus exprimendus sit ⁊ Quid Alexandrū coegit ⁊ ut cū diceret aliquot ⁊ intelligeret plures ⁊ cum de dioscoro dicat ⁊ pluriū dierū nauigationē a Raptis ad prasum descripsisse. Equū quippe magis est ⁊ ut intelligat quis aliquot pro paucis ⁊ quo scilicet modo ⁊ m̄o ⁊ dici solitū est. Sed ut nō uideamur ⁊ ipi ⁊

ad multitudinē quandā certā: distantiaꝫ coniectare: conferamus nauigationē ab aurea chersoneso ad cattigara: nauigationi factae: ab Aromatibus ad prasū promontorium: positā scilicet uiginti dierū ad ẓabaꝫ: ꝙ aliquot aliorum ad cattigara: ꝙ uiginti similiter dierū: ad Rapta iuxta theophilū: ac aliorū pluriū ad prasū secundū dioscorū: nequēadmodū fecit Marinus: aliquot dies: pro pluribus eque admittamus. Cū ergo et ex ratione manifesta: ꝙ ab īpoz etiā obseruatione superiorū: ostenderimus prasū sitū habere: sub parallelo distanti contra meridiē ab equinoctiali gradibus sexdecim cum tertia parte ac duodecima ꝙ ab eodē equinoctiali uersus septentrionē parallelus per aromata distet gradibus quatuor cū quarta: colligitur distantiā ab Aromatibus ad prasum constare gradibus uiginti cum duplici tertia. Vnde non incongrue totidē graduum ab aurea chersoneso ad ẓabaꝫ: ꝙ hinc ad cattigara: ponēda distantia est. Ab aurea autē chersoneso ad ẓabaꝫ: corripere distantiam nō oportet: quia perinde transigitur: ac si sub equinoctiali circulo sita foret: cum ea quę interiacent loca: meridiei opposita protendantur. Distantiā uero a ẓabis ad cattigara contrahere decet: cum nauigatio ea sit uersus notū ꝙ plagā orientalē: ut sitū ad normā equinoctialis habere possimus. Si ergo medietatē graduū tribuamus utriqꝫ distātie propter ignotū excessum ipius: deinde tertiā partē graduū qui sunt a ẓabis ad cattigara decem cū tertia demam⁹ ob inclinatioꝫ adnotatam: habebim⁹ distantiā ab aurea chersoneso ad cattigara

J

